balſam. ſupra dicto maritatum, divinâ gratiâ ſic eſt reſtitutus, ut benè ſpirans adhuc A. 1714. ſanus vivat, munusque ſuum ſedulo exequatur. Eadem methodo pariter opificii ſaponarii tyronem, textorisque & ruſtici uxores omnes empyicos perfectè reſtitui, quorum iſte & illa ſimul per diarrhœam & ⊡ pus evacuabant. Quantum Caſei veteres & impr. acidus noceat, bene norunt Calendariographi, dum hunc verſum in ſuis calendariis ponunt: Verfaulte Käſe machen kranck. Et ego duas fœminas imprimis exinde in hydropem lapſas novi.

Observatio XXV.

Febris tertiana comatoſo-ſpaſmodica.

GEnerosa quædam Virgo 50. annorum temperamenti cholerico-melancholici, habitus macilenti, olim ante 12. ann. epilepſiâ hæreditariâ, poſtea melancholia hypochondriacâ & ante annum purpurâ veſiculari ſcorbuticâ correpta, d. 15. Sept. A. 1704. circa noctem primo paroxyſmo tertianæ tentatur, qui d. 17. veſperi increſcens d. 19. meridie fortius adhuc cum nauſeâ doloreque genuum lancinatorio, alvo in ſextam ♂ ſtypticâ & ⊡ lateritiâ rediens, ægram, ut ipſi ſuccurrerem compellebat. Clyſma igitur faſtidiente

diente ad celeberr. Hoffmanni ductum infusum (quod expertissimum sæpissimè deprehendi) ex rad. polypod. fol. senn. fibr. helleb. nigr. herb. fumar. capill. ♀ sum. cent. min. cort. cit. rec. ♀ ♀ris. c. ∽ ⊖ ✳ c. irrorat. die ἀπυρετίας sumendum ordino. D. 21. frigus ingens â 10 mâ ad 2dam durans mitiori tamen quàm prius æstu excipiebatur, sub æstu valde ciborum avida erat, & tenesmo vesicali ⊡na sub hoc & sequentibus paroxysmis aquosam, uti diebus ἀπυρέτοις lateritiam fundebat, carens semper sudore. D. 23. quod contra meum jussum brevi antè paroxysmum infusum sumserat, sub illo priori non multum dissimili vomituriebat. D. 25. stata horâ accessio facta cum solito magno & diuturno frigore, sub cujus statu hypochondrium sinistrum semper dolebat cum eructatione & nauseâ, hac vice finiente æstu in manibus maculæ flavæ efflorescebant non sine pruritu manuum pedumque vehementi, & diuturno, fluebatque sudor nunquam hactenus visus ab hora secundâ ad sextam usque quam effusissimè, & quidem tam enormiter fœtens, ut adstantes accessum formidarent, interim parum εὐφόρως, languebat enim inde non parum. D. 26. licet dies intermissionis esset, adeo languida decumbebat & sitiens, ut adstantes mortem timerent, & quamvis hora quarta p.m. paulo levaretur, dyspnoos tamen

esse

esse non desinebat, oris exulceratio hodie animadversa, d. 27. paroxysmus duabus horis tardius, adeoque 12 mâ, accessit, frigus quidem jam longum, ast mitius, sitis in locum appetitus in paroxysmo hodie succedebat, sudor non sequebatur, interim ⊡ saturatissima ut die ἀπυρέτω excernebatur, d. 28. post consumtum nodulum mixtur. antiscorb. Wedel. ℞ ♂ hellebor. mixta dabatur, d. 29. levis solùm horripilatio cùm conspicuo calore aderat, sudor iterum adeò copiosus & fœtidus, sicut d. 29. fluebat, pariter ⊡ abominandum fœtebat, ultimis his duobus paroxysmis comparebant sub frigore lancinationes brachiorum & crurum, contractiones digitorum, crurumque motus convulsivi & delira mentis confusio, quo modo domestici epilepsiam sine dubio occultabant; d. 30. εὐφόρως degebat, obrepebatque hora 12 mâ meridianâ somnus reficiens, ad undecimam antemeridianam sequentis diei, adeoque per 23. horas durans, ut eo soluto sibi regenerata videretur. D. 1. Octobr. dato pulv. febril. Wed. ex conch. arc. ♄ d. & ♁ caryoph. levissima solum velitatio febrilis succedebat. D. 3. per totum corpus purpura pruriginosa efflorescebat, ⊡ remissior jam, quæ prius flammea & crassa fuerat, adeoque post adhibitam adhuc ℞ ♂ hellebor. c. arc. ♀ & pulverem priorem iteratum morbo gravissimo feliciter defungebatur.

OBSER-